

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reipol.
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio Decima quinta

DE

SECUNDO COM-
MUNICATIONIS IDIO-
MATUM GENERE.

Quam

Annunte Iεωυθρῶπιω

SUB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI

S.S.Theol. D. & P.P.

In privato Collegio examinandam
proponit

M. TOBIAS HERMANNUS,
Memminga-Suevus.

Habebitur 21. Martij, horis pomeridianis
in minori Auditorio.



WITTEBERGÆ,

Ex Officina JOHANNIS GORMANNI,

ANNO MDCCCXXI.

OPUSCULUM
DE
SICUTI
DUM
IMB
EX
ANNO

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



DE II. COMMUNICATIONIS
GENERE.

THESIS I.

Dictum supra disputatione de *ἐκαστῶσιν*
καὶ ἰδιοποιῶσιν; nunc, secundo loco, de κοινω-
ποιῶσιν agemus, sequentes non nature ordinem,
sed Formule Concordie auctoritatem..

II. Ne autem absq; ordine hoc faciamus, seqq.
brevissime pertractabimus membra: 1. Nomina
& Appellationes hujus secundi generis. 2.
Discrimina, quibus a primo & tertio gene-
re distinguitur. 3. Definitionem. Hinc
4. indagandus erit sensus Canonis Chal-
cedonensis: utraq; Natura agit &c. Et 5.
consideranda Certamina Monothelitarum.
6. Explicandum: Num mori pro mundi
vita fit *ἀποτέλεσμα*? 7. Meditatio practica
subjungenda.

III. 1. Membr. Secundo huic Communicatio- I. Appella-
nis Generi a varijs varia imponuntur nomina, so- tiones.
no non sensu discrepantia: a Cyrillo enim dicitur
κοινωνίης: vulgo *κοινωνία ἐνεργειῶν κοι-
νωία* & operationum Communicatio: a
Damasceno vero appellatur *ἑξ ὁμοῦ*: tum quod
utriusque naturæ operationum naturalium
realis est communio, tum quod operationes it-
te una locutione exprimuntur.

A 2

IV.

IV. Dicam his nobis scribunt Calviniani, negantes hunc secundum gradum, rectè Communicationis genus appellari Iob. Combach. in orth. Confes. de pers. & off. Ch. 8. 59. Sed Resp. 1. agi hic de concursu actionum naturalium in persona Christi, respectu unius Apotelesmatis, quæ ut à naturarum proprietatibus fluunt, ita ad easdem non incommode referri possunt. 2. Veterem Ecclesiam expressè Communicationem Idiomatum appellasse, cum per Conc. Chalced. definivit: Utramq; naturam in Christo agere μετὰ κοινωίας, quod cuiusque est ἴδιον, unde quid aliud quam κοινωία ἰδίων consequitur? ut taceam testimonia Cyrilli Epist. 10. 29. Naz. 4. de Theol.

II. Discrimina.

V. II. Ut hoc secundum genus cum cæteris in fundamento, quod est Unio personalis, convenit: ita ab iisdem differt. 1. Nomine. 2. Consideratione subjecti. 3. Definitione.

VI. 1. Nomina extant 3. quæ neq; primo neq; tertio gradui competunt. 2. Subjectum in primo gradu consideratur, ut est tota persona de qua utriusque naturæ propria prædicantur reciprocè: in tertio gradu subjectum est natura Humana assumpta, de qua divina dicuntur, non tamen reciprocè: in secundo tota persona consideratur, de qua ἀποτέλεσμα enunciatur aliquo modo reciprocè.

VII. Id

VII. Id quod notant particulae ; secundum quatenus , quæ &c. in hoc secundo & ceteris Communicationis generibus usitatae , quarum non ubiq; idem est officium. In primo enim gradu sunt ætiologicae & specificativæ : in tertio sunt specificativæ tantum , Humanam Christi naturam denominantes : in secundo gradu sunt copulativæ & reduplicativæ utramq; naturam respectu ejusdem ἀποτελέσματ[os] & conjungentes.

VIII. Et hinc definitio vel descriptio , per quam III. Definitio.
3: ab alijs distinguitur generibus exurgit : Definitio.
tur enim vera & realis naturalium & propriarum utriusque Naturæ in Christo ἐσπεριῶν κοινωνία , ad officij Redemptionis ἀποτελέσματ[os] producendum.

IX. Innuit hac definitio , Christum in Mediatorio officio , non agere , in , cum , aut per unam naturam , sed personam Christi agere secundum utramq; naturam , seu in utraq; forma &c. explicante Damasc. lib. 3. de O. F. c. 15, 19.

X. Id quod probari potest. 1. Scripturæ veritate. 2. Rationum gravitate. 3. Ecclesiæ antiquæ testimonio.

XI. 1. Ut vulgo tria principalia Mediatoris officia recensentur , Propheticum , Sacerdotale , Regium , ita omnium administratio non naturæ & naturæ sed personæ , (θεανθρώπῳ) adscribitur

vel ab utrâq, vel alterutrâ, eâq, vel divinâ vel hu-
manâ naturâ denominatæ.

XII. De Prophetico testantur præter cetera
oracula Es. 40. 10 11. Zach. 13. 7. Ioh. 10, 11. Ioh. 1.
9. 28. Matth. 11, 27. Matth. 17, 5. 1 Ioh. 5, 20. Ez.
34, 15. Deut. 18. Es. 61, 1. 2.

XIII. De sacerdotali notentur dicta 1. Cor. 15,
3 Gal. 1, 4. c. 3. 13. Eph. 5, 2. Hebr. 2, 9. Es. 35, 4. Ier.
23. 6. c. 33. 16. Os. 1, 7. Act. 20, 28. Rom. 5, 10. c. 8, 3. 32.
Gal. 4, 4. 1. Ioh. 1, 7. c. 3, 8. Heb. 4, 14. Gen. 3, 15. Matth.
9, 6. Luc. 9, 56. Rom. 5, 15. 1. Tim. 2, 5.

XIV. Regium officium similiter totus exe-
quitur Christus Luc. 2, 11. 1. Cor. 15, 25. Zach. 9, 9. Ps.
110, 2. qui secundum Deitatem est ipse Dominus glo-
rie (essentialiter) 1, Cor. 2, 8, auctor vitæ (ipsa vi-
ta Ioh. 1, 4. c. 14, 6.) Act. 3, 13, cujus potestatem ger-
men iustum Ier. 23, 5. accepit personaliter Matthæi
28, 19 Eph. 1, 22.

XV. II. Rationes e multis paucas has damus,
quarum 1. a fine incarnationis τὸ λόγος: si nu-
dus λόγος & mediator esse voluit vel nudus homo
esse potuit, quid opus λόγος incarnari? 2. ab ope-
rum Mediatoris varietate: sunt enim opera
mediationis talia, quæ neque nudus Deus potuit
facere, ut fundere sanguinem, mori; neque nu-
dus homo salutariter facere, ut sanguinem
fundere & mori pro mundi vita. 3. a Mediatoris
conditione, qui medius esse debebat inter par-
tes dissidentes, quæ erant Deus & homo: igitur
&

& inter divinitatem solam & Humanitatem
solam, mediatrix est Humana Deitas, &
Divina Humanitas, ut Aug. pulchrè loquitur,
quod pluribus ostendit Virgilius lib. 5, c. 4.

XVI. 3. Testimonia antiquitatis ortho-
dxæ benè multa adducit B. Chem: lib. de duabus
Nat. c. 17. p. 270. Laurent. Lælius in Exeg. art. de
pers. Ch. c. 14, th. 13, p. 159. quæ qua fide Bellarm.
eum Calvinianis tantum de mediatione sub-
stantiali exponant, ipsa inspectio monstrat.

XVII. Taceo infinita absurda, quæ ex senten-
tia adversariorum, Christi vel divinitatem vel hu-
manitatem ab hoc vel illo mediatoris opere pro lu-
bitu excludentium, turmatim prodeunt, quorum
nonnulla recenset B. Hutterus in Expl. l. Conc. p. 277

XIIX. His moti argumentis credimus nos &
Confitemur corde & ore ex scriptura, Symbolo A-
postolico, Niceno, Athanasiano, non nudam na-
turam, sed DEI filium incarnatum pro sa-
lute nostra passum &c. & ita Mediatoris ope-
ra CHRISTUM secundum utramq; naturam per-
agere.

XIX. Pudeat igitur Enjedinum Photinia-
num nobis affingere, quod statuamus, Christum
Mediatorem nostrum esse tantum secundum Hu-
manam Naturam. Coroll. 1. in Expl. v. 4. Ps. 110.

XX. Quin potius detestamur & execramur da-
mnablem hunc errorem in Scholasticis ejus au-
toribus, Lombard. lib. 3, dist. 19, Bonav. ibid art. 2.

quest. ult. Thom. part. 3. quest. 26. art. 2. in Stan-
caro & Stancaristis interpolatoribus : & Je-
suitis propagatoribus : Bellarm. lib. 5. de Ch. c.
1. seq. Ioh. Busco in disp. de persona Christi ejusq;
Apologet. θ. 79.

XXII. Et simul in Calvinianis, qui errorem
hunc verbis quidem refutant, Zanch. Tom.
2. Miscell. cap. 9. p. 143. Kecker. lib. 3. syst. Theol. p. 329.
factis autem viriliter propagant, quandiu *Ἰεσους*
& *ἡ ζωὴ Ἰεσους* suas defendere pergunt.

XXIII. Negant enim omnem realem Com-
municationem Christo; E. etiam communi-
cationem operum Mediationis. Dicunt: solam
Humanam naturam esse passam, Anhaltini in
Apolog. pag. 247. Martyr. in dial. de duab. Nat. in
Christo p. 28. Vide der Württembergischen Theol.
Schlußrede pag. 171. seq. Item Sieg vñnd
Triumph p. 231. seq. E. nuda humana natura est
mediatrix. Dicit Marinius Bremens. Dominum
mediatorem quidem esse secundum utram-
que naturam, non tamen omnia mediato-
ria gesta utraque natura absolvi, in Exam.
querel. & admo. Balth. Menz p. 142. 143. E. me-
diator fingitur sine Mediationis functione i. e. in-
somnia cernitur sine somno & panis sine forma
pinsitur, ut Scalig. habet Exerc. 359. s. 11.

XXIV. Non se purgabunt ab hoc errore vel Iesui-
tae malè intellecta & applicata distinctione
Principij

Principij quod & quo : vel Calvini , ficti-
tia & larvata sua ἀλλοιωσει de quibus θ. 40. Istitis
enim pigmentis & figmentis etiam Stancarus ute-
batur , ut claret ex scripto contra Tigurinos b. 6. 7.
8. & de exclusiva , (tantum) ubi candidè fate-
tur , se exclusiva (Tantum) non excludere
divinam Naturam à persona Christi sed ab
officio Mediationis.

XXV. Nimirum credere noluit Stancarus Nesto-
rianus : utramque naturam in Christo , juxta
Canon. Concilij Chalced. agere cum Commu- V. Sensus
nicatione , quod cujusque est proprium : cu- Canonis
jus sensus porro est indagandus. Chalcedo-

XXVI. Inferunt autem huic Canonis adversarij nensis.
duplicem injuriam : quidam per crimen falsi
verba (cum Communicatione) omittunt , ut
Crypto Calv. V. Witteberg. in thesib. A. C. 1570. M.
Majo Conscriptis θ. 32. Omnes per malitiam
alienum affingunt sensum , cum verba (cum
Communicatione) de nuda λόγῳ presentia vel
unione cum carne patiente interpretantur Marti-
nius l. d. p. 102, 103. & Bell. l. d. c. 7.

XXVII. Sed insignem hanc σεβλότητα verba
clara nimis fortiter elidunt & eludunt , quae non
nudam Iesuitico-Zyvinglio-Nestorianam urgent
ἀδυσίασιν , sed realem naturalium actionum
definiunt κοινωνίαν.

XXIIX. Hæc tamen minimè tollit naturalium a-
ctionum distinctionem (utraq; n. natura agit, quod
suum est) sed tantum Nestorianam damnat sepa-
rationem. Cum enim post incarnationem Christus
Θεὸν ἰσχυρὸν & agat & patiatur, actionum &
passionum, non potest talis fingi distractio,
ut propriè dici possit: Hæc agit sola divinitas:
illa patitur sola Humanitas Christi: separatio-
nem enim hanc Nestoriana insequitur Natura-
rum divulsio, quod pie & rectè B. monet Luth.

XXIX. Et ut sententiam nostram paulo clarius
proponamus, distinguimus cum Damasc. lib. 3, c. 15,
inter ἐνεργεῖν, ἐνεργητικὸν, ἐνέργειαν, ἐνέργημα
& ἀποτελεσμα: primum notat personam agen-
tem. 2. actionis principium. 3. efficacem naturæ
motum. 4. proprium cuiusq; naturæ effectum. 5. a-
ctionem salutarem, ex utraq; utriusq; natu-
ræ naturali operatione, promanantem, quæ
neq; purè humana, nec purè divina; sed humani
divina, & divini humana, ideoq; à Damasc. c.
19. Θεανδρικὴ appellata ex Dionysio.

XXX. Pulchra hoc explicat similitudine Damasc.
lib 3, c 15, à ferro ignito desumpta, quæ breviter
ita formari potest: sicut in gladio ignito duæ ra-
turæ, ignis & ferri (ἔχει μὲν γὰρ ὁ μὲν σίδηρος
τὸ τμητικόν, τὸ δὲ πῦρ τὸ καυστικόν) conspiciun-
tur, quæ in actione ita intimè uniuntur, ut neq;
altera absq; altera agat, neq; et jam confundantur,
quia differentia earum salvatur in urentese-
ctione & in secante ustione; ita in Christo

divinitatis ipsius divina & omnipotens actio est,
humanitatis autem humana & nostræ instar; licet
in Dei simul & hominis actione disjungi nequeant:
operatur enim Θεὸς αὐτὸς ὁ Θεὸς αὐτὸς
Θεὸς αὐτὸς, καὶ τὰ Θεὸς αὐτὸς ὁ Θεὸς αὐτὸς.

XXXI. Ex dictis apparet tum quam graviter er- V. Certa-
rarint Eutychiani, Monophysitæ & Mono- mina Mo-
thelitæ, partim naturas, partim essentielles na- nothelita-
turarum proprietates, voluntates & actiones con- rum.
fundendo; vide acta Synod. VI. univers. circa A. C.
680. & Damasc. D. l. c. 14 tum quam impudenter a-
gant Calvinistæ, hujus erroris nos accusando, Pareg.
p. 269. Irenici, quem tamen corde, ore, & calamo,
detestamur, execramur, profligamus.

XXXII. Nos enim sicut in Christo duas naturas αὐ-
τοῦ Χριστοῦ confitemur unitas: ita realem Natura-
lium voluntatum & operationum credimus distin-
ctionem.

XXXIII. Scientes: quæ diversæ sunt naturæ,
diversæ etiam esse proprietatis & actionis, id
quod Damasc. l. 3, de O. F. c. 15, & in lib. de duab. vo-
lunt. in Christo recte urget & demonstrat, cū Conc.
Roman. c. 9, 12, idq; juxta scripturam quæ Matt.
26, 39. Mar. 14, 35, 37. Luc. 22, 42. distinctam huma-
nam voluntatē à divina ostendit, non tamē divi-
næ contrariā ut Pisc. Herb. arguit obs. 24, ex c. 23.
Mat: Ubi korrebat quidē sanctissima voluntas mor-
tē naturālē, non detrectabat tamē salutarē: sed que-
rulabatur ob infirmitatē assumptam; quæ perpetuo
gaudere poterat per gloriam concessam: quod erudi-
te explicat August. in Ps. 30. Conc. I. XXXIV

VI. An mo- XXXIV. Explicandum nunc VI. restat: An mo-
ri pro mundi vita, sit Humanæ naturæ
ri pio &c. proprium, an vero θεανθρώπων ἀποτέλεσμα
& officium? Posterius orthodoxi affirmant Lu-
therani; prius Cacodoxi Calviniani, quibus adde
Iesuitas.

XXXV. Et quanquam ad percipiendam senten-
tiam adversariorum sufficere possent, quæ th. 23.
leviter sunt tacta & locis citatis fusius explicata;
lubet tamen istis addere Confessionem D. Sturmij
Theol. Marp. in Disp. Apolog. contra D. Menz, di-
centis: Solam carnem Christi torcular pec-
catorum nostrorum calcasse thes. 19. Soli
carni CHRISTI, ac præter eam nulli alij
concessum pretium atque privilegium, quo
digna habita fuerit mors carnis Christi, ut
ab æterno Patre pro pretio sufficiente accep-
taretur.

XXXVI. Ut clara hæc est confessio, ita impia,
pernitiosa, absurda: quod paucis ita demon-
stramus:

XXXVII. I. Quodcunq; opus scriptura θεαν-
θρώπων adscribit, id soli carni sine impietate
tribui non potest. Liberationem mundi à metis
mortis scriptura θεανθρώπων adscribit Hebr. 2,
14. 15. 1. Ioh. 3, 5. 8. confer. Act. 3, 15. 6. 20, 28. 1. Cor.
2, 8. E.

XXXVIII. II. Quod infinitam præsupponit virtu-
tem.

tem, id absque salutis partæ negatione soli car-
ni attribui nequit. Mori pro mundi vitâ infinitam
presupponit virtutem, fatentibus Theol. Heidelb.
im Beschluß p 113. Keckerm. lib. 3. syst. Theol. p.
330. E. & proinde pretium infinitum vel non est
solutum, vel non postulatum, quod urgent Photi-
niani, Socinus de Chr. serv. part. 3. c. 4. Ostorodus
part 3. Instit. pag. 214. Catech. Racov. pag. 261. &
p. 262.

XXXIX. III. Quicquid est proprium solius Hu-
manæ naturæ Christi & quidem formaliter, ut
Bell. lib. 5. c. 1. de Chr. explicat, id omnibus ho-
minibus poterit attribui: Mori pro mundi
vitâ formaliter solius Hum. Christi est proprium E.
Conclusio est absurda. E. aliqua præmissarum: Non
major quæ hoc nititur fundamento: quod for-
maliter uni individuo inest, id omnibus e-
jusdem speciei individuis inesse potest. E.
Minor.

XL. Audio hic importunè admodum Calvinia-
nos & Iesuitas acclamantes: Se nequaquam
statuere: Carnem patientem & morien-
tem fuisse solam, sed credere, fuisse cum
λόγῳ unitam, & hanc ob causam passio-
nem & mortem per alios in ipsi λόγῳ at-
tribui, Pareus in der Biblischen Rettung.
pag. 95. distinguendum esset inter principium
quod agit, & quo agit Bellarm. lib. 5. de Ch. c. 1. §

Est

Est autem : sed verè inanis hic est clamor qui aures replet, rei desperatæ nullam facit patrocinium. Querimus nos : an Deus realiter in sua carne pro mundo sit mortuus? Respondent illi : λόγος carni patienti & morienti fuisse præsentem. Quid hoc ad rhombum? λόγος Stephano patienti & morienti fuit præsens. E. Stephani mors est sufficiens pro peccatis λούτρον. Digna adversarijs argutatio : quæ ex Zvinglij ἀλλοιώσις & Bell: depravata distinctione necessario sequitur nexu : sive enim Zvinglij ἀλλοιώσις sive Jesuitæ distinctionem in suum resolvat principium, hoc tandem emerget : passionem & mortem λόγῳ verbaliter tantum tribui ut explicat Bez. vol. 1. p. 624. E. Christus verbalis est redemptor. Gaudete Photiniani plures habetis socios!

XLI. Sed habete vobis mediatorem vestrum verbalem! Nos piè credimus Θεάνθρωπον realiter pro nobis mortuum : non solum hominem sed etiam Deum : ideo enim λόγος ἀπαθήσας assumpsit Humanam Naturam, ut pateretur in unitate personæ, qui pati nõ posset in paritate Naturæ.


XLII. Quod pulchre explicat Epiphanius lib. 3. tom. 2. cont. Dimacritas hæres. 77, Passio in Deitatem non incidit, sed in Humana Natura facta est. Non relata est autem ad Humanam naturam solam. (ut ne impleretur in salutis dispensatione illud dictum : Maledictus omnis, qui spem habet in homine) sed reputata est ad
DEI-

DEITATEM, cum Deitas non sit pas-
sa &c.

XLIII. Hæc hæc demum consideratio animæ patien-
ti & paventi spem certam erigit salutis: Ecce! enim VII. Medi-
pia anima Θεάνθρωπος venit ad salvandū te, venit tatio pra-
ad servandum te per clementiam, quæ te ipsam per- ctica.
didisti per malitiam. Mediator tuus non nudus ho-
mo, qui velit & non possit; non nudus Deus qui possit
& non velit: sed Deus & homo: Ergo & vult quia
misericors, & potest quia omnipotens. a Hic o- a Cyril. lib.
mnia perpeffus, ut ab omnibus te liberaret, 10. thes. c. 3.
mortuus est, ut mors extingueretur: timuit
ut à timore liberareris: doluit, ut dolores à te
abessent: b Suscepit tristitiam tuam, ut tibi b Aug. ser.
largiretur suam lætitiā: c Doluit Domi- 117. d. tem.
nus non sua vulnera, sed tua, non suam mor-
tem, sed tuam. d Respira ergo ô anima pec- c Amb. lib.
catix, respira! ne desperes! spera in eum 5. in Luc.
quem times, fuge ad eum à quo aufugisti.
Invoca importunè, quem superbè provo- d Aug. lib,
casti, dicque ei: Jesu propter nomen tuum cont. Cord.
dulce, fac mihi secundum nomen tuum: 6. 5.
e Audi ô creator, creatura tua sum, manus
tuæ plasmaverunt me, manus, inquam, il- e Aug. in
læ, quæ affixæ clavis sunt pro me. Opus ma- Soliloq. 6.
nuum tuarum domine ne despicias, vulnera 2. tom. 9.
manuum tuarum precor ut inspicias. Ecce!
in manibus tuis Domine Deus descripsisti
me, lege ipsam scripturam, & salva me.


En


En ad te suspiro, creatura tua. Creator es,
recrea me; En ad te clamo factura tua; Vi-
ta es, vivifica me; En ad te respicio tuum
plasma. Plasmator es, restaura me. Et
parce mihi colloquente tibi. Legem non
habet necessitas, dolor me compellit di-
cere: Calamitas, quam patior, cogit me
exclamare. Aegrotata sum, ad medicum
clamo: Cæca sum, ad lucem propero:
Mortua sum, ad vitam suspiro. Tu es Me-
dicus, tu Lux, tu Vita, J E S U Nazarene,
Miserere mei, fili David, miserere
mei fons misericordiae!



F I N I S.







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

LOGIAS SACRÆ
 Decima quinta
 DE
 DO COM-
 TIONIS IDIO-
 IM GENERE.
Quam
ente Θεωρητικῶ
 PRÆSIDIO
 SARIS MEISNERI
 col. D. & P. P.
legio examinandam
proponit
 S HERMANNUS,
 minga-Suevus.
rtij, boris pomeridianis
tori Auditorio.
 (✠) SO
 EBERGÆ,
 HANNIS GORMANNI,
 clo 10 c XXI.

